



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Concilia Galliæ Narbonensis

Baluze, Etienne

Parisiis, 1668

Magalonense. 909.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14646**

GALLIÆ NARB. 5

✠ Arnustus sanctæ Narbonensis Ecclesiæ  
humilis Episcopus S.

Servus Dei humilis Episcopus sedis Ie-  
rundenfis S.

Tructarius humillimus sedis Biterrenfis  
Episcopus.

Seraldus Archidiaconus S.

Sauvo Archidiaconus S.

Desiderius Presbyter.

Nantigifus Archipresbyter S.

Milo Archidiaconus presens fuit.

✠ Retmarus Presbyter presens fuit.

Teutingus Archidiaconus.

Modicus Georgius Sacerdos indignus,  
ac monachus exiguus, hæc supra .....

..... manu.

---

CONCILIUM MAGALONENSE,  
*apud Iunquarias, habitum anno*  
DCCCCIX.

**D**ISPOSITIONE arcerfite divina ann.  
..... CCCCVIII. indictione  
XII. v. Non. Maij, in Regno Septima-  
niæ ..... rias vocato, in  
Aecclesia sancti Vincentij, nos perhumiles  
Septimaniæ, Hispaniæ, ..... Iesu  
Christi Pon ..... Arnustus videlicet  
sanctæ Ecclesiæ primæ Narbonæ Metro-

polita, Amelius Vzeticensis, Gimera Car-  
cassensis, Reginardus Biterrensis, Nanti-  
gifu Vrgellitanensis, Audgerius Lutoven-  
sis, Geirardus Agatensis, Vgbertus Ne-  
maufensis, Gontarius Magalonensis, Be-  
nedictus Forojulensis, item Reginardus  
Caveliensis, unà cum immensam congrega-  
tionem nobis commissam, absolvimus &  
benedicimus Suniarium Comitem, cum  
ceteris Comitibus filiis suis, simulque cum  
uxoribus, & cunctis suisque fidelibus; si  
tamen ita peregerint sicuti per domnum  
Metropolitanum supra nominatum audivi-  
mus, ut honor & decus, qui sub tanto re-  
gimine debet esse omni tempore, cum  
magna religione observetur. Prevideat  
namque ipse Archipresul ut in visceribus  
eorum nulla machinamenta nec nulla fal-  
lacia diaboli remaneat, & postea aput no-  
strum pariconsilium taliter absolvat & be-  
nedicat. Veniantque super vos universae  
benedictiones novi & veteris Testamenti,  
& apprehendant vos; & omnes maledi-  
ctiones, quas dudum intulimus super vos,  
diutissime auferantur à vobis. Benedicite  
vos in civitate, & benedicti in agro. Bene-  
dictus fructus ventris tui, & fructus terrae  
vestrae, fructusque vinearum vestrarum,  
greges armentorum vestrorum, & caul-  
pivum vestrarum. Benedicta horrea vestra,

& benedictæ reliquiæ vestræ. Benedicti eritis ingredientiæ & regredientes. Emittat Dominus benedictionem super cellaria vestra, & super omnia opera manuum vestrarum. Abundare faciat vobis Dominus omnibus bonis. Aperiat Dominus thesaurum suum optimum, & tribuat pluviam terræ vestræ congruo tempore. Benedicat Dominus operibus manuum vestrarum, & constituat vos in caput & non in caudam, ut sitis semper supra & non subtus. Domoſ ædificetis, & habitetis in eis longævo tempore. Plantetis vineas, & fructum earum colligere faciatis. Sementem modicum jactetis in terram, & multum ex ea congregetis in horrea vestra. Omnes arbores & fruges terræ vestræ rubigo non consumat. Perenniter feliciterque consenescatis; & cum Michaël Archangelo ad portas Paradisi inleſi pervenire mereamini, præstante Domino.

✠ ARNOSTUS SANCTÆ NARBONENS.  
ECCLESIAE EPISCOPUS S.

✠ Amelius Vzeticensis Aecclesiæ humilis  
Episcopus.

✠ Gerardus humilis Episcopus.

✠ Nantigisus sanctæ Vrgellitanæ Ecclesiæ  
Episcopus.

Reginardus sanctæ Biterrensis Ecclesiæ  
Episcopus S.

A iiij

Vgbertus sanctæ Nemaufensis Aeccle-  
fiæ Episcopus.

Gunterius Episcopus.

Gimera Carcaffensis Ecclesiæ Epif-  
copus.

Audgerius sanctæ Lutovensis Ecclesiæ  
Episcopus S.

Benedictus sanctę Forojulensis Eccle-  
fię Episcopus S.

Item Reginardus sanctæ Caveliensis  
Ecclesiæ humilis Episcopus.

*Q*UERIMONIA BERENGARII  
Vicecomitis Narbonensis adversus Guifre-  
dum Archiepiscopum Narbonensem, propo-  
sita in Concilio apud Tolosam habito sub  
Raimbaldo Arelatensi & Pontio Aquensi Ar-  
chiepiscopis, Victoris secundi Papæ Legatis,  
anno Christi MLVI.

**S**A N C T Æ huic conglomerationi Vica-  
riorum Dei, Legatis scilicet Summi  
Pontificis Romani vicem obtinentis beati  
Petri Apostolorum Principi, ejusque vi-  
ce fungentibus, Archiepiscopis videlicet  
& Episcopis, necnon & Abbatibus hanc  
in Synodum sanctam sistentibus, ex catho-  
lica fide tractantibus, hæc querimonia non  
modica ideo presentat, ut & legatur, &  
audiatur, dijudicetur, atque definiatur.